

in die sinnbildlichen Worte fassen: Er schlug an den Felsen, und diesem entströmten die Quellen des Lebens und des Wissens.

Wien, den 20. August 1911.

Der Vizepräsident:

E. v. Böhm-Bawerk.

Der Generalsekretär:

V. v. Lang.

Der Sekretär:

J. v. Karabacek.

---

### **Telegramm**

an die Königliche Universität in Christiania anlässlich ihres hundertjährigen Bestandes.

Wien, 4. September 1911.

Der Königlichen Fredericianischen Universität zu Christiania, die in ruhmvoller Weise das erste Jahrhundert durchlebt hat, wünscht weitere glänzende Erfolge die Kaiserliche Akademie der Wissenschaften in Wien.

Suess.

Karabacek.

---

### **Glückwunschadresse**

an die University of St. Andrews (Schottland) aus Anlaß ihrer Fünfhundertjahrfeier.

Caesarea Scientiarum Academia Vindobonensis

Universitati Sancti Andreae

S. D. Pl.

Pergratum nobis fecistis quod amplissimae vestrae Universitatis natali quingentesimo, cuius hoc anno cum viris doctis ex omni terrarum orbe invitatis sollemnia celebrabitis,

nostrum quoque aliquem interesse voluistis. Cum vero (quod dolemus) fieri non potuerit ut virum aliquem delegarem, qui praesens vobis caerimonias rite peragentibus animum nostrum testaretur, hisce litteris ex animi sententia diem festum vobis congratulamur. Scimus enim Universitatem vestram non solum vetustate ceteris Scotorum regni Universitatibus antecellere, sed etiam de erudienda Scotorum iuventute et de litterarum atque scientiarum incrementis ita ut cum qualibet maiore atque frequentiore comparari possit meritam esse et in dies melius mereri. Neque enim ex frequentia studiosorum iuvenum, sed ex studiorum opportunitate et professorum doctrina atque dignitate ipsius Universitatis dignitas pendet. Ut igitur saeculis quae ex Wardlavi episcopi aetate usque ad hunc diem decurrerunt theologiam primum et antiquas litteras graecas atque latinas, philosophiam deinde non solum logicam atque moralem, sed etiam naturalem atque experimentalem porro civilem et naturalem historiam, mathematicam denique, medicam, chemicam doctrinam coluistis multosque iuvenes, quos praeter studiorum opportunitatem grata vestri oppidi quies et aëris salubritas adliciebant, ad explenda vitae civilis munera et ad politiozem illam qua veri „gentlemen“ insignes sunt, humanitatem erudivistis, ita vos auguramur insequentibus quoque innumeris saeculis Scotorum adolescentes erudituros, litteras scientiasque cum laude amplissima aucturos et propagaturos esse. Ipsum vero diem festum plaudentibus amicis quam laetissime vos agere cupimus.

Dabamus Vindobonae mense Septembri.

E. Suess m. p.            E. v. Böhm-Bawerk m. p.

V. v. Lang m. p.            J. v. Karabacek m. p.

---